

Q. D. B. V.

CONSENSU SUPERIORUM,  
DISSERTATIONEM JURIS CANONICI  
DE

**PURGATIONE  
VULGARI,**

IN ILLUSTRIBUS ALBERTINA,

*Publicè discutiendam proponens*

P R Æ S E S,

**JACOBUS Zeffe / J. U. D.**

ac Profess. Publ. nec non Supremarum Electora-  
lium Curiarum Advocatus,

&

R E S P O N D E N S,

**CAROLUS GOTHOFREDUS BRAUN,**

Riesenh. Boruss. L.L. Stud.

*Ad Diem Aug.*

A. O. R. M DC XCIV.

H. L. Q. C.

Annexa sunt quædam Juridica theoretico-practica  
De

**JURAMENTO JUDÆORUM, EJUSQUE  
FORMULA SOLENNI.**

---

REGIOMONTI, TYPIS REUSNERIANIS.

32

1694, 6

30

32

1060.

*PRÆNOBILISSIMO, AMPLISSIMO  
atque CONSULTISSIMO,*

**DN. JOHANNI  
PHILIPPO LAU,**

**Serenissimi atque Potentissimi  
Electoris Brandenburgici Consiliario**

**Aulico, & per Supremum Prussiae Ducatum  
Fisci Advocato,**

**nec non Venerabilis Consistorii Sambiensis ac  
Supremi Burggraviatus Assessori,**

**Hereditario Domino in Wardneken/ 16. 16.**

*Domino suo Mecenati ac Patrono  
Maximo,*

**Dissertationem hanc in perpetuam  
debitæ reverentiæ ac gratitudinis tesseram,  
cum devotissimo omnigenæ pro-  
speritatis voto**

*Dedicat, consecrat*

**CAROLUS GOTHOFREDUS BRAUN.**

§. I.



Ultra humanam sortem esse videtur ex signis, non adeò certis, certum colligere factum. Exiguos sanè humanum ingenium agnoscit limites, ut manifesta ex parte solum cognoscat, intentionem nempe facientis, & alias circumstantias, probabiliter tantum conjicere valet. Salomon anno XII. in Regem electus, insomnis à Deo quidquid vellet, petere iussus. Sentiens ille nimis arduam iudicis esse spartam, non opes, non victoriam, nec vitam petiit longinquam, sed sapientiam regendi populos. Hanc obtentâ, litem inter meretrices litigantes, mirâ prudentiâ composuit, & rem omnibus ferè ignotam, absque prolixiori processu manifestavit. Ex hâc litis decisione, omnes hominum nationes, in Salomone aliquid divini residere crediderunt. Omnes gentes ejus admiratæ sunt sapientiam, cujus fama impulsa Nicanna Æthiopum regina Hierosolymam venit, audivitque regem nobilis hospes, & quem absens mirata fuerat, præsens venerata est, donavitque amplis muneribus *1. Reg. 3.* Nonnulli alia via, hanc sibi divinam comparare posse sapientiam putant, dum aliquot notis rem dubiam, imò penitus ignotam, aperire student. Viam hanc antiqui purgationem dixerunt vulgarem, quam in præsentis sub disputationis incudem revocabimus.

§. II.

Purgationis vox notam habet significationem, denotat enim emundationem sordium, extersionem, nitorem & puritatem. Unde purgo idem ac si purum ago. Transfertur autem per quandam similitudinem, ad significandam innocentie ostensionem, aut criminis objecti deterfionem. In jure diversas obtinet purgatio significationes. Purgare mox adhibetur pro excusare, & innocentiam suam ostendere. *L. 5. pr. ff. de publ.*

*publ. jud.* Aliquando significat emendare, nempe cum dicitur purgare moram *l. 8. l. 14. pr. ff. de novat. l. 73. §. fin. ff. de V. O.* dicitur autem tunc purgare moram, cum interpellatus aliquando dare noluit, postea tamen debitum offert. Hinc proprie atque usitate purgare moram notat eluere, emendare, delere. *Vid. Donellus de mora.* In judiciis pro diluere crimen & excusare usurpatur. *alleg. l. 5. ff. de publ. jud.* Purgare provinciam malis hominibus *l. 3. ff. de offic. pras.* Purgare innocentiam *l. 22. pr. ff. de jur. Fisc.* Interdum rei ignotæ ac dubiæ demonstrationem tradit *DD. ad c. 1. x. de Purg. Vulg.* Nec nomen Vulgaris eadem semper ratione usurpari consuevit. Aliquando vulgare significat usitatum, commune, solenne, ordinarium, civile, legitimum. Sic vulgares actiones appellantur tales, quæ legibus proditæ, usitatæ & ordinariæ *l. 1. pr. ff. de praser. Verb. l. 46. in fin. ff. de her. inst.* Vulgaria communiter opponuntur his, quæ in pretio sunt. *l. 3. §. 1. ff. de supell. leg.* Quot modis vox vulgaris aliàs in jure sumatur, explicat *Bart. in l. 1. ff. de Vul. & Pupill. subst.* Ex his ultro patet, quid per vulgarem intelligamus purgationem, hanc nempe, quæ canonibus non est probata. *c. Mennam. II. qu. 4.* Dicitur autem vulgaris ad differentiam canonicæ purgationis, quam leges & canones approbant, ubi infamati ex delictò, qui convinci non possunt, compelli debent purgatione canonica. Vulgaris probatio describi solet, quod sit ostensio innocentiae in re maximè obscurâ veritatis indagandæ causa, à vulgo introducta. *Mart. Delrio in disqu. Mag. l. 4. c. 4. qu. 4.* Purgationem hanc, exploratorias dicit probationes, quibus fortuito eventui, veritas culpæ vel innocentiae, decidenda permittitur.

§. III.

Purgationes vulgares, quas modo descripsimus, non unius sunt generis. Nonnullæ antiquitus maximè usitatæ, sic ut celeberrimi Juri eas defendere non erubuerint. Aliæ non adeo com-

communes fuerunt, quæ nec tantum meruere consensum.  
Quædam erat purgatio, qua in quibusdam locis sagas per pondera & lances probarunt. Putabant enim illas ultra certum pondus nempe 14. vel 15. librarum, licet obesæ fuerint, deprimere non posse. Mos ille purgandi, per iniquam dicti illius interpretationem, ab imperitis iudicibus introductus esse videtur. *Dan. V, 27.* Man hat dich in einer Wage gewogen / und zu leicht erfunden. Porro genus fuit purgationis per sortes, quibus se ad crucem aliquam ei manus imponens, vel eam amplectens, quis expurgabat. Vid. *Mart. Delrio l.c. q. 6.* Quidam res aliquas abjecerunt, ut ex earum recuperatione colligerent, Deum sua delicta sibi remisisse. Exempla de S. Arnulpho ex Lotharingiæ Principe Eremita, & Metensi Episcopo tradit *Fulgosus lib. 6. c. 9.* Huc referunt aliqui, sortitionem illam, quam pacto elegerunt quatuor Imperii Constantinopolitani candidati, Bonifacius Comes Montisferrati, Balduinus Flandriæ Comes, Ericus S. Pauli, & Dandalus Dux Venetorum. Hi quatuor ordine collocabant calices, quorum unus hostiam sacram continebat, eos totidem tradebant Sacerdotibus, ut ad cuiusque Principis nomen unum tollerent calicem, & Principi redderent, cui autem calix cum hostia obtigisset, illum in reliquos summam habere debere potestatem. Mox tamen pactio illa his displicuit, ubi communibus suffragiis imperium in Dandalum contulerunt, referente *Niceta in fine Annalium.*

#### §. IV.

Inter Purgationes vulgares, potissimum ferè obtinet locum purgatio per aquam. Apud Judæos in V. T. viguit olim certa per aquam purgandi ratio. Deus enim lege divina *Num. 5. Cap.* ordinavit, si quis de adulterio commisso uxorem haberet suspectam, ut illa per aquam amaræ, potationem suam declararet innocentiam. Iudicium autem tale non nisi in causa adulterii fuit adhibitum, cuius rei *D. Christ. Beckman. in Dissert.*

*de Judiciis Dei c. 2. §. 1.* hanc affert rationem, quod adulterium, communi gentium consensu, gravissimum fuerit crimen, quo fides socialis sanctè & publicè data violetur. Hinc Deum instituisse extraordinarium hoc probandi genus, ut non modo sceleri, sed & suspicioni obicem poneret. Illa innocentiae ostensio per aquas multis nationibus ac gentibus occasionem præbuisse videtur, qua in rebus dubiis similem elegerunt viam. Antiquitus in frigida aqua, vel quæsi verunt criminis reos, vel legitimos examinarunt partus. De Celtis antiqua tradit historia, ipsos prolem suam ad fluvium Rhenum deportasse, ac eam clypeo impositam undis commisisse, si ab his abriperetur ex illegitimo thoro natam, si innataret, vere suam crediderunt. Hinc *Gæz. Prof. Jen. in Cal. Dict.* Rhenum inde nomen accepisse putat, quod olim accuratè manifestaverit, *Wer sein Ehe bette rein und unbefleckt gehalten / oder aus einer reiner Ehe gezeuget wäre.* Hujus facti mentionem fecerunt *Nazianzenus Pater Vetusissimus Tom. 2. Carm. 49. p. 114. edit. Paris. Theophylact. Eustathius, Claudianus Nonnus*, quos citat *Jacob. Hoffm. in Lexico voce Rhenus. D. Frid. Geisler. in Disp. de Purg. Vulg.* Consuetudinem hanc potissimum nobilibus adscribit, verum sine fundamento, cum *Julianus Epist. 16. ad Maxim.* Scriptor antiquissimus promiscue hunc purgandi morem Celtis adscribat. Verba ejus Græca in Latinam translata sunt sequentia: *Certè Celtis injuriam nullam facit Rhenus, qui spurios infantes undis abripit, tanquam impuri lecti vindex. Quos autem ex puro semine natos agnovit, hos in summa aqua suspendit, matrisq; tremantis manibus reddit, & quasi verum incorruptumq; casti & laudabilis conjugis testimonium servato infante persolvit.*

§. V.

Quos verò Julianus per Celtos intelligat, hanc litem, cum hujus fori non sit, non facimus nostram. *Phil. Cluverius lib. 1. Antiq. Germ. c. 21. p. 150.* ad Gallos non ad Germanos morem hunc



hunc purgandi pertinuisse defendit. Alii tamen utpote *Mar-*  
*quardus, Freherus, Lipsius, Grypblander, Winckelman, Rupertus,*  
*Georgius Fournier* Germanis adscribunt. Communiter olim  
Frisios, Gallos & Longobardos delatorum explorasse innocen-  
tiam, ipsorum docent leges. Siamenses hodie adhuc retinent  
hanc consuetudinem, ut immersioni in aquam litis finem com-  
mittant. Modum describit *Joh. Schouten in Descript. Regn.*  
*Siam. p. 293.* Mit der Untertauchung ins Wasser gehet es  
also zu: Zween Stecken werden in den Grund des Was-  
fers gesteckt/daran sie sich zugleich hinunter lassen/welcher  
nun am längsten darunter bleiben und ausdauren kan/der  
gewinnet den Proceß. Wer aber hierinn das wenigste ver-  
mag/verlehet ihn. Probatio per aquam frigidam in sagis po-  
tissimum mansit, quæ aliquot in locis maximè circulo Westpha-  
liæ adhuc admittitur. Persona enim aliqua, de veneficio su-  
specta in vincula conjicitur, quam mox Carnifex extra portam,  
ad profluentem devehit aquam, ubi decussatim sinistra manus  
dextri pedis pollicis & rursus dextra manus sinistri pedis pollicis  
alligatur, & supina in aquas conjicitur. Si submergitur, dimit-  
tendam, si verò more anseris aquis supernatet, gravissimis cru-  
ciatibus submittendam censent. *Jacobus Rickius* morem hunc  
*peculiariter tractatu* defendit. Vid. *Ern. Frid. Schræter. in Diss. de*  
*Lamiis. Ziegl. not. ad Jus Canon. p. 913.*

§. VI.

Alia adhuc in ulu fuit purgandi ratio per aquam ferven-  
tem, quam duplici ratione instituerunt. Interdum partes liti-  
gantes ore calidam haurire debebant aquam. Vid. *EchnX. c. 46.*  
*n. 6.* Ein Wasser Urtheil ist wo eine Sache unter Zweifel  
ist/da man nicht die Wahrheit könte erfahren/da soll man  
ein Wasser sieden/ und das den Kriegischen Parthenen zu  
trincken geben/ und wen es fräncket oder brennet/ der  
wäre schuldig. Aliquando ferventi aquæ manum, vel aliud

cor-

corporis membrum immittere cogebantur, unde innocentiam declarare solebant. Tale iudicium plerumque servilis conditionis homines sustinebant, quod colligitur ex lege illa, quam Imperator Ludovicus tulit: *Si servus hoc (homicidium) admisserit iudicio aquae ferventis examinetur, utrum hoc sponte an se defendendo suscepisset, & si manus eius exusta fuerit, interficiatur, si verò non fuerit, publica poenitentia mulctetur.* Idem probatur ex verbis Ranulphi l. 14. c. 1. *Tenetur se purgare is, qui accusatur per Dei iudicium, scilicet per calidum ferrum vel per aquam pro diversitate conditionis hominum. Per ferrum calidum, si fuerit homo liber, per aquam, si fuerit rusticus.* Eadem tradit Lindenbrogius in LL. Longobard. l. 1. tit. 9. §. 2930. ex Carol. M. Ludovici Pii & Lotharii Legibus. Frisii tamen & Angli sine discrimine hanc adhibuisse purgandi rationem illorum ostendunt leges, quas *Sibr. Siccam.* cum notis illustratas edidit. Antiqui Germani, morem hunc purgandi per aquam calidam Ordelliam dixerunt, quam describit Spacht im Teutschen Advocaten Vol. 1. l. 2. c. 11. p. 288. *Ordellia war das Ordels Recht bey den alten Teutschen / da musste man den Arm bloß bis an den Ellenbogen in das heisse brüdlende Wasser hinein stecken / und gewisse Zeit darin halten.* Lex ipsa reperitur im Sachsenspiegel l. 13. his verbis: *Die ihr Recht mit Dieberey oder mit Raub verlohren haben / ob man sie Raubes oder Dieberey anderweit beschuldiget / sie mögen mit ihrem Ende nicht unschuldig werden / sondern sie sollen haben dreyerley Wahl / das heisse Eisen zu tragen / oder aber in einem wallenden Kessel zu greiffen bis an den Ellenbogen / oder mit Kampff sich zu verwehren.*

§. VII.

Purgatio per ignem antiqua est, & celeberrima olim fuit. Hæc vel per rogam, aut per prunas, vel per ferrum, vomeres nempe seu lateres, interdum per chirothecas candentes insti-  
gueba-

tuebatur hoc modo, si aliquem igne laesum viderunt, reum judicarunt, si autem illaesum, innocentem crediderunt. *Vid. c. 3. x. de purg. vulgar.* Leges Francicae & Longobardicae jubebant, per novem vomeres ignitos ambulando, homicidii accusatum se purgare. *Conf. LL. Franc. l. 4. c. 57. Longobard. l. 1. tit. 11. de parricid.* Slavos hanc adhibuisse purgationem testatur *Helmodus Hist. Slav. c. 84.* Philippus Comes Flandriae An. 1164. hanc tulit legem: *Si quis vulnus in nocte acceptum alii imputaverit, si Scabinis dignum videtur, ferro candenti se excusabit accusatus. Item, si fur accusatus fuerit, ferro candenti se excusabit, si culpabilis permanserit, suspendetur. Vid. Meier. in Chron. Flandr. Radevinus l. 1. Frideric. c. 26.* meminit legis militaris, qua servus non deprehensus in furto sed accusatus, vel juramento vel ferri igniti judicio, suam ostendere innocentiam jubebatur. Multi pyram ingressi, in medias ignis flammam se intulerunt, probandae innocentiae causa. De Petro Massiliensi Presbytero testatur *Paul. Aemil. Hist. Franc. l. 4.* De Poppo Presbytero Dano *Cranzius lib. 3. Metrop. c. 43.* Hanc purgationem adeo certam esse judicarunt, ut olim Dani purgatione duelli sublata, ignis introduxerint purgationem, ut testatur *Saxo. Hist. Dan. l. 10.* Interdum accusatus vel prunas vel ferrum ignitum, nudis ferre manibus praesentia judicis & aliorum tenebatur. Sie müssen es in Gegenwart eines ganzem Umstandes mit blossen Händen angreifen / und nach der Richter Geheiß halten. *Speidel. tit. Glüend Eisen tragen.* Purgationem hujusmodi, propter servos introductam, ex Concil. Moguntiae habito probari posset, cujus verba citat *Regin. Prumiens. l. 2. de Vet. Germ. Disciplina Eccl. c. 42. Qui presbyterum occiderit, 12. annorum ei poenitentia secundum canones imponatur, aut si negaverit, si liber est, cum 12. juret, si autem servus, super 12. vomeres se purget.* Verum historiae antiquae testantur, etiam nobiles eam subisse purgationem.

B

Caroli

roli III. Imperat. uxor Richarda adulterii fuit infimulata, sed candenti ferro crimen diluit. *Vid. Annal. Bajor. l. 4.* Huc refertur & illa Ceylonensium purgatio, de qua *Jo. Jac. Saar. Itin. p. 55.* sequentia tradit: Wann sie sonst insgemein was be- theuren wollen/ soll die Confirmation seyn/ daß sie Butter wollen lassen heiß machen/ und die Hände darein legen/ wenn sie unrecht geschworen/ werde es brennen/ so es aber recht sey/ werde Gott nicht zulassen/ daß sie ihre Finger in dem brennheissen Schmalz versehren. Auf welches wir sie/ so wir sie im Argwohn eines Diebstals gehabt/ gedrungen/ und manchmahl das Verlohrne wieder erlan- get haben/ weil sie sich des forgeten/ daß sie/ so sie wieder besser Wissen hinterhielten/ sich verbrennen solten. Talis tamen per ignem purgandi ratio hodie nullibi ferè admitti solet.

§. VIII.

Nulla olim magis usitata purgatio, quoties criminis noti- tia seu probatio obscura fuit, quam per Monomachiam. Illá purgandi ratione quondam & Clerici utebantur, *t. t. x. de Cler. pugn. in duell.* Daniae Rex Fratho III. hanc dederat legem, ut omnes controversiæ duello definirentur, quod speciosius viri- bus quam verbis confligendum esse judicaverit, *Saxo Grammat. l. 5. Hist. Dan. p. 77.* In Anglia inter rationes, quibus finis im- ponitur liti, etiam duellum receptum esse tradit *Thomas Smi- thus 2. de Republ. Anglic. c. 6. & 8.* Longobardi, quotiescunq; deesset probatio, litigantes judici per duellum fidem faciebant, *rest. Alciat. l. de duello c. 4.* In Moscovia morem hunc adhuc in usu esse confirmat *Bodin. lib. 4. de Republ. c. ult.* Non tamen omnibus promiscue hæc fuit purgandi consuetudo concessa, sed liberis solum. *Heinr. II. Imperat. hæc de re hanc promul- gavit legem: Si quis predicti criminis (veneficii nempe) aut de facto aut de Consensu accusatus, negare voluerit, aut per duel- lum,*

*lum, si liber est, si verò servus per iudicium ferventis aqua defendat se, aut in similem incurrat sententiam LL. Longobard. l. 1. tit. 9. §. 39.* A nonnullis purgatio dicitur vulgaris cruentatio corporis occisi, dum nempe cadaver coram occisore propter præcedentem contactum sanguinem fundere solet. Germanice iudicium tale appellatur, **das Blut=Zeichen/ oder das Baar=Recht/** cujus denominationis hanc notat derivationem. *Speid. Spec. obs. sub tit. Baar=Recht.* Weil die verdächtige Personen über die Baar/ auff welcher der Erschlagene lieget/ geführt/ und dabey ihres Verdachts und der Missethat ernstlich erinnert werden. Hanc purgationem hoc modo instituere consueverunt, ut suspectus de homicidio, vel cadaver solum tangat, vel sequentia addat verba: **Bin ich schuldig an deinem Tode/ so gib ein Zeichen von dir.** Si ergo sanguinem emittat occisus, homicidii reum iudicantur accusatum. De hac sanguinis emissionem diversimode hæcenus disputarunt Jcti, Medici ac Philosophi, multas allegarunt causas, referente Mart. Delrio *Disq. Mag. Lip. 4. Sect. 4. n. 20.* Vid. Bœckel. in *Disquis. Crim. disq. 6. n. 5.* De hac purgatione *Lucretius, Poëta & Philosophus, Epicureus lib. 4. cecinit:*

*Idq; petit corpus mens, unde est saucia amore,  
Namq; homines plerumq; cadunt in vulnus, & illam  
Emicat in partem sanguis, unde icimur ictu  
Et si cominus est, hostem ruber occupat humor.*

Hos versus citat *Franciscus Valeriola l. 2. Observ. & mox subjicit:* *Illo carmine Lucretius non aliter vult sanguinem hominis oculorum radiis affecti, & vulnerati in vulnerantem prolabi, quam hominis gladio cæsi sanguis, prolabitur in cadentem.*

§. IX.

Tandem purgationis vulgaris speciem exhibet provocatio ad Tribunal Dei, qua nonnulli, qui nullum in his terris superesse iudicem credunt, ad quem provocare possint, vel si forte

talem adesse, sentiant tamen de ejus æquitate desperantes, illum adire nequeunt. Hinc lites sive causas suas ad alterum propagando seculum, eos, qui cum ipsis litigant, vel illos à quibus præter jus & fas affligi se existimant, ad Christi Tribunal, quod vallem vocant Josaphat, citare consueverunt. Dicitur autem appellatio talis provocatio in vallem Josaphat ex falsâ nonnullorum persuasione, qui putant judicium extremum, in valle Josaphat celebraturum iri, occasione dicti illius *Joël. 3. v. 2. Deum congregaturum esse coram se omnes gentes in vallem Josaphat, eosq; ibi judicaturum.* Hanc sententiam nonnulli ex Judæis defendunt, quos citat *Galat. de Arc. Cathol. Verit. l. 8. c. 15.* Ex Christianis *Thom. de Aquin. in c. 24. Matth. Gregor. de Valent. Tom. 4. Comm. in Thom. p. 2320. Corn. à Lapid. in c. 21. Matth. f. 395. & in 1. Thess. 4. f. 692.* Genuinam verò dicti Joëlis explicationem tradunt *D. Joh. Gerb. T. 8. L. C. de Extrem. judic. c. 7. §. 75. p. 61. D. Tarnov. Comm. in Joël. p. 100. D. Calixtus lib. de Extrem. judic. p. 101. D. Himmel. in Joël. p. 302. D. Musæus in tract. de Novissimis,* Provocatio talis instituitur vel judicialiter, quando nempe aliquis litem coram iudice contestatam non ex voto decisam sentit, atque sic alium sibi ac suæ causæ quærit iudicem. Vel extra iudicium, dum aliquis levissime læsus vel ex pravo quodam more vel saltem ut promeritam effugiant pœnam, aut hominibus innocentes videantur, cum ipsi tamen animo sceleris conscii sint, ad horrendum illud Supremi Numinis provocant Tribunal. De hac consuetudine impia benè monet *D. Schmuck. Comment. in Gen. c. 16. p. 554. Darumb wir mit Gottes Bericht liederlich zufahren/oder bald dahin zu appelliren/ billig einen grossen Scheu und Bedencken tragen sollen.* Communiter Jcti distinguunt causas civiles & criminales, in illis provocationem simpliciter non admittunt, imò arbitraria pœna in illos animadvertendum censent, in criminalibus verò quadantenus posse concedi. Hujus sententiæ est

Mar-

*Martin. Rumelin. part. 2. Dissert. ad auream bullam Carol. IV. Imperat. Dissert. 2. Cor. 2.* Postquam enim provocationem hanc in civilibus refutasset, sequentia addit verba: *Quod tamen non ita accipi velim, quasi nullo omnino casu, talis ad Tribunal Dei appellatio licita esset. Quid enim in causis criminalibus? quid inquam si iudex vel ex errore, aut falso testimonio persuasus ad ultimum supplicium condemnet, etiam innocentissimum? quem alium hic miser innocentia testem, praterquam justissimum & omnium rerum gnarum Judicem Deum appellaret. Conf. Val. Winther. in Parthen. litig. jurg. l. 1. c. 1. n. 38. Richter. in Reg. Jur. & quidem Reg. 2. §. 20.*

§. X.

His præmissis explicationis gratia, diversis probari potest rationibus purgationes has vulgares non esse admittendas. Sunt enim autore Diabolo, ab Ethnicis olim introductæ à Christianorum vulgo, summa superstitione propagatæ. *c. Mennam. 7. 11. 9. 4. Damboud. pr. Crimin. c. 43.* Manifestam Dei tentationem, ejusque nominis implicant abusum. Impii homines, blasphemæ excogitarunt formulas adjurandi aquam & ignem, quibus modum præscribunt Deo, ut ad hominis accusati innocentiam commonstrandam, supernaturalia operetur. *Das heißt Gott versuchen/ wenn man für sich und seinem Fürwitz/ ohn alle Noht/ Gott eine gewisse Ziel/ Stunde/ Stät/ Maas/ Weise und Werke sehet/ daß er thue und also sich greifflich lasse mercken/ Lutherus Tom. 3. Altenb. p. 362. col. 2.* Instituuntur ut plurimum purgationes hujusmodi in Dei nomine, sed contra ejus voluntatem. *Wie nach dem Sprichtwort jener Baur im Nahmen Gottes sein Weib todt schlug/ also ist hier nicht der Nahme Gottes/ sondern der Mißbrauch des Nahmen Gottes/ inquit Lud. Dunte. Cas. Consc. vom Göttl. Geseß p. 228.* Sine fundamento miracula petere à Deo, contra Legem Dei est. *Conf. Joh. Georg.*

Georg. Gædelm. l. 3. de Mag. & Malef. c. 5. §. 35. Oldekop. Observ. Crim. 13. tit. 4. Purgationes illæ ad judicia spectant peregrina, quæ innocentiam probare non possunt; Quemadmodum olim Lucius 3. Pontif. Rom. cuidam Episcopo consulenti rescripsit in c. 8. x. de Purg. Canon. Probationibus his sæpè innocentes condemnantur, criminis autem rei absolvuntur. arg. c. 2. x. de Purg. Vulg. & c. 6. dist. 56. Andreas Alciatus in Comp. judic. process. Hottom. de Jure Feud. c. 44. Borcholt. de Feud. c. 7. n. 52. Hinc Purgationes has rejiciunt Theologi, Jcti, Medici ac Philosophi, Lud. Dunte. l. c. Jcti Marpurgenses apud Dedeckennum Vol. 2. Thes. Consil. sect. 19. tit. von Zauberey und derselben Straffe. Evichius Med. Bremens. in tractatu von den Hexen / fol. 35. & 41. Bodin. in Demon. l. 4. c. 4. Otto Melander in processu contra sagas qu. 4. in fin. Communem hanc sententiam facultates juridicæ in Academiis Germanicis, ut & novissimi approbant Doctores. Vid. D. Stryck. de Jure sensuum Dissert. 7. cap. 4. n. 8. & seqq. Carpz. p. 3. q. Crim. 122. Besold. in Thesaur. Pract. Tit. Wasserprob. In judiciis autem à communi sententia in judicando & respondendo recedendum non est. Gædelm. l. c. 3. c. 5. n. 26. 27. 28. Optime gravissimis rationibus purgationes has excludit jus nostrum Provinciale: Und werden allhie unter dem Wörtlein *indicia* begriffen und verstanden diese Worte / nemlich Anzeigung / Wahrzeichen / Argwohn / Verdacht / Vermuthung / die sollen in Beinlichen Sachen und Fragen nicht liederlich / noch eigenes Fürnehmens / sondern redlich / lauter / klar / unzweifelich / starck und genugsam seyn / also daß es eine unzweifelhiche genugsame Anzeigung / oder eine starcke gewisse *Presumption* und Vermuthung heisse / die nicht auff blosser Rede und Fürgeben / auch nicht auff blosses Bluten eines entleibeten Körpers / sonst *ἀμαρτέδεις* oder *Cruentatio Cadaveris* genant / in Gegenwart eines vermeinten Thäters



ters / vielweniger! auff ir ketne Wasser= oder heissen Et-  
sens Prob/als welche Proben in diesem Herzogthum bey  
willkührlicher Straff ganz und gar verbotten sind/ und  
nochmahlen hiemit verbotten werden/ angenommen/ sou-  
dern bewiesen werden sollen. *Lib. 6. Tit. 2. art. 2. §. 1.*

§. XI.

In specie proba per aquam admitti non debet cum nimis  
dubia & fallibilis sit. *Arumæus Exercit. Just. 30. tb. 14.* Ex qua  
ratione Lotharius Imperator purgationem hanc tanquam im-  
probam explorationem sustulit in *Lomb. Jur. lib. 2. tit. 45. §. 31.*  
Innocentes olim supernatasse aquâ ostendit *Oldenkop. in Obs.*  
*Crim. 13. t. 4.* Contra sagas submersas fuisse constat ex verbis  
*Goedelm. l. c. l. 3. c. 5. n. 35.* dum ait: *Cum Anno 1588. ex Borussia*  
*in Livoniam profiscerer, invitavit me in via quidam prædives &*  
*opulentus nobilis in suam arcem; Hic cum veneficam sequente die*  
*propter enormia delicta, que sua magica & diabolica arte com-*  
*miserat, jam ad ignem condemnasset. Quæsi num illam quoq;*  
*prius in aquam more solito coniecisset, ad experiendum, utrum rea*  
*esset, eo negante, monui, ut id tentaret, (volui enim ea ratione*  
*inquirere, num hac exploratio per aquam frigidam vera esset,*  
*nec ne) sed ecce, postquam venefica de carnifice in aquam geli-*  
*dam colligatis artibus fuit projecta, statim submersa est. Is postea*  
*ad me scripsit, se cum sex veneficis captivis idem tentasse, at*  
*omnes fuisse submersas. Et in fine literarum scribit: Jam de-*  
*num tibi credo signum hoc falsum diabolicum & furiosum esse, &*  
*Magistratum incautum decipere posse.* Purgatio per ignem ma-  
ximè rejicienda est, cum impii homines Dæmonis ope judicis  
fallere possint sensum. Quid interdum Cingari ac Circum-  
foranei non perficiunt? qui mirifice ignis violentiam cohi-  
bere callent. Fuit ante aliquot annos August. Vindelic. ali-  
quis, qui multas ardentis deglutivit prunas, easque cum stridore  
in stomachum demisit, qui tandem mane in lecto mortuus re-  
pertus

pertus est. Apud Helvetios in *Novell. typis divulgatis anno 1677.* hujusmodi relatio extabat: Es ist für 8. Tagen ein Engelländer beym Franckösischen Hofse angekommen/welcher in Gegenwart des Königs und der Königin verwunderliche Sachen verübet/indem er ein ganz glüend Eisen ohne Verletzung in die Hand genommen. Item/einige glüende Kohlen auff seine Zunge gelegt/ mit selben noch andere angezündet/ darauff ein Bissen Fleisch geröstet/ und hat andere dergleichen Dinge mehr zu grosser Verwunderung der Zuseher getrieben. Probatio per Monomachiam sive duella, quæ illicita esse simul cum D. Brunnem. *ad l. 13. n. 7. ff. ad L. Aquil.* asserimus, certe iniquissima est. Licet enim interdum eventus duelli, velut æquus judex, unde jus stabat, ei victoriam dedit, ut inquit Hannon apud *Livium l. 21. c. 10.* tamen ibidem Annibal sapientissimè monet, quod Mars belli communis sit, nec usquam minus, quam in prælio eventus respondeat *l. 30. c. 30.* Ut plurimum concedit Deus innocentes, in eo, quo accusantur crimine, succumbere, & propter alia eorum peccata necari, *c. 1. x. de Purg. Vulg.* Rex Rhotarius legem de purgatione per Monomachiam iniquam esse cognovit, quam tamen alia de causa abrogare non valuit. *Quia incerti sumus de judicio Dei, & multos audivimus per pugnam sine justa causa suam perdere, sed propter consuetudinem gentis nostræ Longobardorum legem impiam vetare non possumus, Lib. 1. L. Longob. tit. de Monomach.* Concil. Trident. duella, quâcunq; suscipiantur ratione prohibet. *Detestabilis duellorum usus fabricante Diabolo introductus, ut cruenta corporum morte, animarum etiam perniciem lucretur, ex Christiano orbe penitus exterminetur. Vid. Mart. Delrio Disq. Mag. l. 4. c. 4. qu. 4. sect. 2.* Hinc æternas meretur laudes Noster Serenissimus atq; Potentissimus Elector, Dominus Clementissimus, quod duella & monomachiam perpetuo proscripserit Edicto,

§. XII.

§. XII.

Vulgaris Purgatio, quæ propter sanguinis emanationem instituitur, ex corpore mortuo, incerta est, ex qua nihil certi colligitur. Multi Jurorum defendunt, quod effluxio sanguinis indicium ad torturam faciat. *Nicol. Florent. serm. 5. tract. 1. c. 6.* dicit, quod suo tempore sanguis emanaverit, in præsentia homicidæ è cadavere mortuo, quam ob causam prehensus, tortus, & propter confessionem ad mortem condemnatus fuerit. *Conf. Menoch. d. Pres. 89. n. 128. & Cas. 270. n. 16. 17. l. 2. cent. 3. arb. jud. qu. Boer. qu. 166. n. 1. Jacob. Novel. in Reg. 184. Farinac. qu. 53. n. 154. Mascard. de prob. vol. 2. concl. 868. n. 24. Alb. l. 3. c. 39. n. 50.* Potior tamen illa videtur sententia, quæ nullum iudicium neque ad capturam, neque torturam huic adscribit, cum experientia constet, aliquem cædis autorem non fuisse, licet ad ejus præsentiam sanguis effluerit. *Heig. p. 2. qu. 39. n. 104.* Benè scripsit *Franciscus Caron tract. de iudiciis in præmiss. c. 3.* Cum talis effusio sanguinis oriatur ex causis ignotis, quæ non sunt trabenda in consequentiam, nullum quoque exinde iudicium necessario sumi oportet, cum ex diversis accidentibus proveniat. Huic sententiæ subscribunt *Job. Aven. in Nom. Polit. quest. sesquicent. qu. 99. p. 171. Anton. Gom. var. resol. t. 3. c. 13. n. 15. Sol. 562. Mars. in pr. Crim. §. diligenter. n. 81. Zang. de quest. & tortura c. 2. n. 160. Anton. Thesaur. decis. 63. Theod. disp. Cr. 9. tb. 9.* In casu autem dubio, melius est relinquere impunitum nocentem, quam damnare innocentem. *L. 5. pr. ff. de pæn. l. 47. ff. de O. & A.* Imò tantum Reipubl. non nocet, licet delicta nonnulla maneant impunita, si modo illa, quæ manifesta sunt, impune non tolerantur. *Conring. Diss. de Form. Jud. in Republ. rectè inst. tb. 237.* Provocatio ad Dei Tribunal contrariatur legi divinæ. Privatam enim ostendit vindictam, quæ in Script. S. omninò prohibita. *Matth. 5. v. 44. Rom. 12. 14.* Iustissimus rerum omnium iudex, etiam sine provocatione ad illum, ea, quæ muneris sui sunt expediet. Nec  

C

tole.

toleranda illorum consuetudo, qui Deo tempus & modum præscribunt, quo modo illis in auxilium venire debeat. Imitentur potius Salvatorem nostrum, is oppressus ac afflictus non aperuit os suum. *Es. 53. v. 7.* In ipsa mortis hora pro carnificum orabat salute *Luc. 23. v. 34.* Si igitur hujus exemplum imitari voluerint, pro illis, à quibus iniqua patiuntur, orare debent, iisque injurias condonare, minimè verò ad Tribunal Dei peremptoriè eos citare, vel ad illud, vindictæ cupiditate provocare.

§. XIII.

Nunc arma experiamur, quibus nonnulli ea, quæ hætenus in medium prolata sunt, oppugnare non erubescunt. D. Herm. Conring. vir alias celeberr. purgationem per aquam frigidam *in disp. mod. cit. §. 286.* prolixè defendit. Cum quo faciunt *Seld. in Jano Anglic. l. 2. f. 115. Potan. l. 6. Orig. Fr. Zwing. in Theat. V. H. Vol. 3. l. 4.* Patroni hujus purgationis potissimum urgent exemplum S. Script. *Num. 5. v. 12.* quod tamen huc nihil facit. Probatio illa Judæorum Deum habuit autorem, qui iis hæc de re singulare dedit mandatum, cum annexa promissione. Ipse igitur aquæ elevavit naturam, ut tam stupendos & horrendos edere effectus valuerit. Fœminæ illæ suspectæ erant, non de veneficio, sed de adulterio. Aquam adhibuerunt non communem, sed sanctam & amaram. Ad hæc leges Judæorum ceremoniales & forenses abrogatas esse constat. Prout enim alia vita alios postulat mores, ita alia Reipubl. facies alias requirit leges. Frustra sane aliquis nostro Seculo, Judaicum vel Roman. Reipubl. statum applicare tentaret. *Vid. Besold. Tract. de Jurisd. Imp. Rom. in pr.* Purgationis per ignem & duella in lege divina fundamenta quærent aliqui, cum olim sine corporis læsione innocentes Sadrach, Mefach & Abednego ignis sustinuerint flammæ. *Daniel. 3.* Monomachiæ exemplum afferunt de Davide & Goliatho. *1. Sam. 17.* Verum parata est responsio,

sponsio, non exemplis sed legibus esse judicandum, *L. 13. C. de Sent. & Interl. l. 12. ff. in fin. de off. Praef.*

§. XIV.

Per emanationem sanguinis ex corpore occiso purgationem, defendere solent experientiam, quae aliquoties, rem ita se habere probaverit. Verum exinde jus sumi non debet, multo minus specialis hac de re lex condi, quae nulla ratione confirmari posse videtur. Constitui oportet jura in his, quae ut plurimum, non quae ex opinato uno vel altero accidunt casu, quae enim semel aut bis existunt, merito legislatores praetereunt, *l. 3. 4. 5. & 6. ff. de LL.* Contraria etiam occurrunt exempla, quae huic purgationi omnem adimunt certitudinem, *Vid. Carpzov. Pr. Crim. p. 3. qu. 122. n. 30.* Tandem objiciunt nonnulli, Purgationes vulgares esse tamen antiquas, per veteratam consuetudinem approbatas. Sed Resp. In jure talem admitti consuetudinem antiquam, de qua dicitur, ut sit *eine wolhergebrachte rechtmäßige und billige Gewohnheit.* *Schneidew. ad Tit. Inst. de J. N. G. & C. §. ex non scripto n. 4. proæm. Const. Carol. Crim. in fin.* Quod tamen de his purgationibus dici non valet. Quicquid ab initio est vitiosum, longa temporis consuetudine non fit licitum. *D. D. ad l. 29. ff. de R. D. Cana res est, sed & interdum delira antiquitas, ut nescias an reverentiam magis an veniam mereatur,* inquit *Edmund. Dickins. Orat. de Phil.* Hinc benè monet *Athenæus, non esse detritis palliis aut intonsis barbibus temere credendum,* *cit. Gassend. T. 1. oper. f. 10. Conf. l. 39. ff. de LL. c. mala cum. 2. seq. dist. 8. Heins. in disp. de prob. per ignem & aquam §. 10. Damhoud. in pr. Crim. c. 43. Bocer. in tract. de quest. & tortur. c. 3. f. 261. Otto Meland. in Process. contra Sagas c. 4.* Consuetudo, quae ratione caret, frustra allegatur, sed potius tanquam perniciosa corruptela damnanda ac fugienda, *arg. cap. 7. & ult. x. de Consuet.*

Appendicis loco adjecta sunt quaedam Juridica

Theoretico-Practica,

De

JURAMENTO JUDÆORUM, EJUSQUE  
FORMULA SOLENNI.

Q Vam vehementer Judæi Christianos odio prosequantur, nemo est, qui nesciat, idque testatur experientia, idemque patet ex *c. nonne. 1. q. 1.* Unde mirum non est, quod si Judæi contra Christianos ad jurandum admittantur, peculiare adhibeantur tam solennitates, quam cautelæ rigorosæ: Sciendum enim est, eos non per Christum, nec per Sacra Evangelia, sed per Legem Mosaicam, & super decem Dei præcepta jurare oportere, sicut declarat *Spec. tit. de jur. cal. §. reslat. n. 17. vers. sed pone, Mascard. vol. 2. conclus. 944. n. 15. & seqq.* Hinc est, quod in Camera Imperii certa jurandi forma Judæis præscripta sit, *Mynsing. Cent. 6. obs. 20. n. 2. Ayrer. Process. jur. part. 2. cap. 5. obs. 1. n. 7.* qui simul formulam in foro Saxonico receptam, & in fine *Weichbild* exstantem allegat. Labet hic solennem subjicere formulam Juramenti Judæorum, ab illustri Judicio Aulico inferioribus Judicibus Supremi hujus Ducatus præscriptam, & quâ hi ut plurimum utuntur.

1. Soll der Jude/ ehe er den Eyd thut / vor Hän-  
den und vor Augen haben ein Buch/ darinn die Gebote  
Gottes/ die dem Moysi auff dem Berge Sinai von Gott  
geschrieben/ gegeben sind.

2. Beschweret der Richter den Juden mit nachfol-  
genden Worten:

Jude ich beschwere dich bey dem einigen lebendigen und  
allmächtigen Gott/ Schöpffer der Himmel und des  
Erda

Erdreichs und aller Ding und bey seinem Torah und  
Gesetz / das Er gab seinem Knecht Moysi auff dem  
Berge Sinai / das du wollest warlich sagen und ver-  
jahren / ob disß gegenwärtige Buch sey das Buch / dar-  
auff ein Jude einem Christen oder einem Juden et-  
nen rechten gebührlichen End thun und vollführen  
mag und soll.

3. So der Jude auff solche Beschreibung bekennet  
und saget / das es dasselbige Buch sey / so soll ihm fürge-  
halten und vorgelesen werden nachfolgende Fragen / und  
Bermahnung / nemlich:

Jude ich verkünde dir wahrhaftiglich / das wir Chri-  
sten anbehten den einigen / allmächtigen und leben-  
digen Gott / der Himmel und Erden / und alle Ding  
geschaffen hat / und das wir außershalb des keinen an-  
dern Gott haben / ehren noch anbehten; Das sag ich  
dir darumb / und aus der Ursach / das du nicht mei-  
nest / das du wärest entschuldiget für Gott eines fal-  
schen Endes / indem das du meinen und halten möch-  
test / das wir Christen eines unrechten Glaubens wä-  
ren / und frembde Götter anbehten / das doch nicht ist /  
und darumb sintemahl das die Mesin oder Haupt-  
leuthe des Volcks Israel schuldig gewesen sind zuhal-  
ten das / so sie geschworen hätten den Männern von  
Siffen / die doch dienen den frembden Göttern / viel-  
mehr bistu schuldig uns Christen / als denen die da an-  
behten einen lebendigen und allmächtigen Gott / zu  
schweren und zu halten einen wahrhaftigen und un-  
betrüglichen End.

C 3

4. Dar.

4. Darumb Jud frag ich dich/ ob du das glaubest/  
daß einer schändet und lästert den allmächtigen Gott/ in-  
dem so er schweret einen falschen und unwarhafftigen  
Eyd? So sprach der Jude: Ja.

5. Jud ich frag dich ferner/ ob du aus wolbedach-  
ten Muht und ohne alle Argelist und Betrügligkeit/ den  
einigen lebendigen Gott wollest anrufen/ zu einem Zeu-  
gen der Warheit/ daß du in dieser Sache/ darumb dir  
ein Eyd auferleget ist/ keinerley Unwarheit/ falsch oder  
Betrügligkeit reden und gebrauchen wollest/ in einige  
Weise? So sprach der Jude: Ja!

6. So das alles geschehen ist/ so soll der Jude seine  
rechte Hand biß an den Knorren legen in das vorgemeldte  
Buch/ und nehmlich auff die Worte des Gesetzes und  
Gebot Gottes/welche Wort und Gebot also zu Teutsch  
lauten: Nicht erhebe den Nahmen des HErrn deines  
Gottes unnützlich/ dann nicht wird unschuldig oder un-  
gestraft lassen der HErr den/ der da erhebet seinen Nah-  
men unnützlich.

7. Darauff/ ehe der Jude den Eyd vollendühret/ soll  
der Jude diese Wort nachsprechen.

8. Adonay/ ewiger/ allmächtiger Gott/ ein HErr  
über alle Melechien/ ein einiger Gott meiner Väter/ der  
du die heilige Torah gegeben hast/ ich ruffe dich und  
deinen heiligen Nahmen Adonay und deine Allmächtig-  
keit an/ daß du mir helffest bestättigen meinen Eyd/ den  
ich iho thun soll/ und wo ich unrecht oder betrüglisch schwe-  
ren werde/ so sey ich beraubet aller Gnaden des ewigen  
Gottes



Gottes/ und mir werden auferleget alle die Straffe und Glücke / die Gott den verfluchten Juden auferleget hat/ und mein Seel und Leib / haben auch nicht mehr einig Theil an der Versprechung / die uns Gott gethan hat/ und ich soll auch nicht Theil haben an Messia / noch am versprochenen Erdreich/ des heiligen seeligen Landes.

9. Ich verspreche auch und bezeuge/ das bey dem ewigen Gott Adonay/ daß ich nicht will begehren/ bitten oder anffnehmen einige Erklärung/ Auslegung/ Abnehmung oder Vergebung von keinem Juden/ noch andern Menschen/ wo ich mit diesem meinem Eyd/ so ich iho thun werde/ einigen Menschen betriege/ Amen!

10. Darnach so schwere der Jude/ und spreche nach diesen Eyd:

Adonay / ein Schöpffer der Himmel und des Erdreichs / und aller Dinge / auch mein und der Menschen/ die hier stehen/ ich ruffe dich an durch deinen heiligen Nahmen auff diese Zeit zu der Wahrheit / und sage fürwahr und wahrhaftiglich aus/ daß ich (inseritur qualitas causæ Juramento obnoxia) habe auch in dieser Sache keinerley Falschheit der Unwahrheit gebrauchet / sondern wie ichs gesaget/ also ist's wahr ohne alle Gefährde / Argelist und Verberglichkeit; Also bitte ich mir auch Adonay zu helfen und zu bestätigen diese Wahrheit; Wo ich aber nicht recht und wahr habe in dieser Sache/  
son-

sondern einige Unwarheit / Falsch oder Betrüglig-  
keit darin gebrauch / so sey ich hieran und verflucht  
ewiglich ; Wo ich auch nicht recht und wahr habe  
in dieser Sache / daß mich denn übergehe und ver-  
zehre das Feuer / das zu Sodom und Gomorra über-  
ging / und alle die Flüche / die an der Torah ge-  
schrieben stehen / und daß mir auch der wahre Gott /  
der Laub und Gras und alle Dinge geschaffen hat /  
nimmermehr zu Hülffe noch zu statten komme / in ei-  
nigen meinen Sachen und Nöhten ; Wo ich aber  
wahr und recht habe in dieser Sache / also helffe  
mir der wahre Gott Adonay.







Königsberg, Piss., 1686-94

ULB Halle 3  
004 356 780





P

H.

WMA







B. V.  
 SUPERIORUM,  
 JURIS CANONICI  
 TIONE  
 IARI,  
 ALBERTINA,  
 lam proponens  
 S E S,  
 heße / J. U. D.  
 upremarum Electora-  
 Advocatus,  
 E N S,  
 FREDUS BRAUN,  
 L.L. Stud.  
 Aug.  
 C XCIV.  
 C.  
 ca theoretico-practica  
 ORUM, EJUSQVE  
 OLENNI.  
 REUSNERIANIS.

32

1694, 6

30  
11

32

